Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



R e

uobis nemo egrediatur profugus de
ciuitate et uadat et nunciet in iezrael
Et ascendit et profectus est in iezra
hel. ioram enim egrotabat ibi et ahazi
as rex iuda ascenderat ad uisitandum
ioram. Igitur speculator qui stabat super
turrem iezrahel. uidit globum hieu
uenientis et ait. uideo ego globum. et
dixit ioram. tolle ~~cursum~~ currum et
mitte in occursum eorum. et dicat ua
dens ad eos. recte ne sunt omnia. Abiit
igitur qui ascenderat currum in occur
sum eius et ait. Hec dicit rex pacata sunt
omnia. dixit que ei hieu. quid tibi et pa
ci transi et sequere me. Nunciauit quoque
speculator dicens. uenit usque ad eos et
non reuertitur. est autem incessus qui in
cessus hieu. filii namsi. preceps enim
graditur. et ait. Ioram. Iunge currum
Iunxerunt que currum eius. et ingressus
est ioram. et achazia rex iuda. singuli
in curribus suis. Egressi sunt in oc
cursum hieu. et inuenerunt eum in
agro naboth iezrahelite. Cumque ui
disset ioram hieu. dixit. pax est hieu.
at ille respondit. Que pax. ad huc
fornicationes iezabel matris tue et vene
ficia eius multa uigent. Conuertit
autem ioram manum suam. et fugiens
ait. ad aziam. Insidietur achaziam
Porro hieu. tetendit arcum suum in
manu. et percussit ioram inter scapulas
et egressa est sagitta per cor eius. statimque
corruit in curru suo. dixit que hieu ad
adazer ducem. tolle et proice eum in
agrum naboth iezrahelite. Memini
enim quando ego et tu sedentes in curru
sequebamur achab. patrem suum
quod dominus hoc leuauit
super eum dicens. Si non pro sanguine
naboth. et pro sanguine filiorum eius
quem uidi ait dominus. reddam tibi
in agro isto. dicit dominus. nunc igitur
tolle proice eum in agrum iuxta uerbum
domini. Ahazias autem rex iuda uidens
hoc fugit per uiam domus horti. persecutus
que est eum hieu et ait. Etiam nunc percute
in curru suo in ascensu gaber. qui est
iuxta iemblaam. qui fugit in magedo
et mortuus est ibi. Et imposuerunt eum
serui eius super currum suum et tulerunt
eum in ierusalem. sepelierunt que eum in se
pulchro cum patribus suis in ciuitate
dauid. In anno xiii. ioram filii achab
regis israel. ahazia super iudam regnare
cepit. regnauit que septem annis. Venit
hieu in iezrahel. porro iezabel. de in
troitu eius audito. depinxit faciem eius
stibio. et ornauit caput suum. et respexit
per fenestram ingredientem hieu per por
tam et ait. Numquid pax potest esse zambri
qui interfecit dominum suum. Leuauit que
hieu faciem suam ad fenestram et ait
Que est ista. et inclinauerunt se ad eum
duo uel tres eunuchi et dixerunt. hec est
iezabel. at ille dixit eis. precipitate eam
deorsum. et precipitauerunt eam. Aspersus que est
sanguine paries et equorum ungule
qui conculcauerunt eam. Cumque ingressus
esset comedisset bibisset que ait. Ite et
uidete maledictam illam. quia filia regis
est. Cumque issent ad sepeliendum eam
non inuenerunt nisi caluariam et pe
des. et summas manus. Reuersi que nun
ciauerunt ei. et ait hieu. sermo domini est
quem locutus est super seruum suum he
liam thesbithem dicens. In agro iezra
hel comedent canes iezabel. et erunt
carnes iezabel. sicut stercus super faciem
terre in agro iezrahel. ita ut preterentes